

Basilicata University Press

—

*Digital Humanities*

Edizioni e data-bases digitali

sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

29

1408 luglio 18, Ind. XV, Spinazzola

† In nomine domini nostri Iesu Christi amen. Anno a nativitate eiusdem millesimo quatricentesimo octavo. Regnante serenissimo domino nostro domino Ladislao, Dei gratia Hungarie, Ierusalem et Sicilie nec non Dalmatie, Crohatie, Rame, Servie, Gallitie, Lodomerie, Cumanie, Bulgarieque rege, Provincie et Forcalquerii ac Pedimontis comite, regnorum vero eius anno vicesimo primo. Feliciter. Amen. Mense iulii, die decimo octavo eiusdem mensis quintedecime inditionis, apud terram Spinaciole.

Ego Nicolaus dictus Mussedera, de eadem terra Spinacciole syndicus generalis hominum universitatis terre eiusdem... declaravi in presentia Pauli Andree de Chulla, de eadem terra ... annalis ydiote terre eiusdem ... iudicis, Nicolai de Montepiloso, habitatoris terre eiusdem, puplici ubique per totum regnum Sicilie regia auctoritate notarius et testium subscriptorum ... tibi dompno Materucio de Matera, procuratori ... abbatisse, priorisse et aliarum religiosarum consororum earumque successitricum in monasterio ecclesie Sancte Lucie de Matera ... guadium dedi et per solempnem stipulationem promisi tibi predicto dompno Materucio ... hoc tenore, ut pro duobus annis completis, incipiendo a mense ianuarii anni proximi preteriti quartedecime inditionis usque per totum eundem futurum mensem ianuarii anni prime inditionis primo futuri, prout in quodam puplico instrumento de conventionem cuiusdam territorii ipsius monasterii ... situati intus territorium dicte terre Spinaciole, in loco qui dicitur Castellum seu Radicata ... hec et alia plenius et serius continentur, in subscriptis terminis temporum et dierum futurorum dare... uncias sexdecim ... in festo sancte Marie, quod

celebratur inmediate futuri mensis augusti eiusdem anni quintedecime uncias quatuor et in festo Omnium Sanctorum, quod celebrabitur de mense novembris instantis anni prime inditionis proximo future, uncias alias quatuor et in festo Nativitatis Domini, quod erit de mense decembris de eodem anno prime inditionis, alias uncias quatuor et pro quarta et ultima paga dictarum unciarum sexdecim in festo Resurrectionis Domini, quod erit similiter in eodem anno prime inditionis predictae ... Contra que si fecero ... solvam pene nomine ... vice qualibet penam dupli dictarum unciarum quatuor regie curie vel alteri curie competenti ... Et ad maiorem cautelam vestram super sancta Dei evangelia corporaliter tacta iuravi vobis complere predicta omnia ...

† Ego Andreas de Nutio predictis interfui et me suscrissi

† Ego Eustasius Nicolai dompni Thomasii de Matera predictis interfui et me suscrissi